

Erodis

35

retorta. Sumesq; duos lapides onychinos. et sculpes in eis nomina filiorum israel sex nomina in lapide uno. et sex reliqua in altero iuxta ordinem natiuitatis eorum. Ope sculptoris et celatura gemmarum. sculpes eos nomina filiorum israel. inclusos auro atque circumdatos. et pones in utroque latere super humeralis. memoriale filiorum israel. Portabitque aaron nomina eorum coram domino super utrumque humerum: ob recordationem. Facies et vincinos ex auro. et duas catenulas auri purissimi sibi inuicem coherentes. quas inferes vincinis. Rationale quoque iudicij facies ope polymito iuxta texturam superhumeralis: ex auro hyacintho et purpura. coccoque bis tincto et bysso retorta. Quadrangulum erit et duplex. Mensuras palmi habebit. tam in longitudine quam in latitudine: ponetque in eo quatuor ordines lapidum. In primo versu erit lapis sardius et topazius et smaragdus. In secundo carbunculus et sapphyrus et iaspis. In tertio ligurinus achates et amethystus. In quarto chrysolithus onychinus et beryllus. Inclusi auro erunt per ordines suos: habebuntque nomina filiorum israel. Duodecim nomina celabunt. singuli lapides nomina singulorum per duodecim tribus. Facies in rationali catenas sibi inuicem coherentes ex auro purissimo. et duos annulos aureos quas pones in utraque rationalis summitate: catenasque aureas in gemas annulis que sunt in marginibus eius. et ipsarum catenarum extrema duobus copulabis vincinis in utroque latere super humeralis quod rationale respicit. Facies et duos annulos aureos quas pones in summitatibus rationalis. et in omnis que regione sunt superhumeralis et posteriora eius aspiciunt. necnon et alios duos annulos aureos que ponendi sunt in utroque latere superhumeralis. deorsum quod respicit contra faciem iuncturam inferioris ut aptari possit cum superhumerali. et stringat rationale annulis suis cum annulis superhumerali. vitta hyacinthina ut maneat iunctura fabricata. et a se inuicem rationale et superhumeralis nequeant separari. Portabitque aaron nomina

filiorum israel in rationali iudicij super pectus suum quoniam ingredietur sanctuarium memoriale coram domino in eternum. Pones autem in rationali iudicij doctrinam et veritates que erunt in pectore aaron quoniam ingredietur coram domino. et gestabit iudicium filiorum israel in pectore suo in conspectu domini semper. Facies et tunicam superhumeralis totam hyacinthina. in cuius medio super erit capitulum et orna per gyrum eius textilis: sicut fieri solet in extremis vestium partibus ne facile rumpantur. Deorsum vero ad pedes eiusdem tunice per circumitum quasi malapunica facies ex hyacintho et purpura et cocco bis tincto et bysso retorta: mixtis in medio tintinnabilibus. ita ut tintinnabulum sit aureum et malapunica. rursumque tintinnabulum aliud aureum et malapunica. Et vestiet ea aaron in officio ministerij ut audiat sonitus quoniam ingredietur et egredietur sanctuarium in conspectu domini. et non morietur. Facies et laminam de auro purissimo: quam sculpes ope celatoris sanctum domino. Ligabitque eam vitta hyacinthina et erit super thyarum imminens fronti pontificis. Portabitque aaron iniquitates eorum que obtulerunt et sanctificauerunt filij israel: in cunctis muneribus et donariis suis. Erunt autem lamina semper in fronte eius ut placatus sit ei dominus. Stringetque tunicam bysso et thyarum byssinam facies et baltzeum ope polymarum. Porro filij aaron tunicas lineas parabis et baltzeos ac thyaras in gloriam et decorem: vestietque his omnibus aaron frater tuum et filios eius cum eo. et cunctorum consecrabis manus: sanctificabisque illos ut sacerdotio fungantur mihi. Facies et feminalia linea ut opiatur carnem turpitudinis sue. a renibus usque ad femora. et vestietur eis aaron et filij eius quoniam ingredientur tabernaculum testimonij. vel quoniam appropinquant ad altare ut ministrent in sanctuario: ne iniquitatis rei moriantur. Legitimum semper pitemum erit aaron et semini eius post eum.

Ed et hoc facies **CLXXIX**
 Ut mihi in sacerdotio consecratus
 Tolle vitulum de armeto et arietes
 duos immaculatos: panesque acyomos

Eri. 456.

6

A

DS